



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

75. Cantiones morales à nostr. Regi. con.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

dedignata ; quod vnum licebat , iussit illum cum socio in palatium interius induci vbi ab Eunuchis pictoribus , vera vt poterant , redderetur eorum species ; inspectis iis cum subisset item de Regum nostrorum habitu querere , contigit Riccio in promptu esse sanctum Iesu nomen , triplici coram adorantium Ordine venerandum Cœlestium , terrestrium , & infernorum , cuius mysterium elegantissima scriptio à Riccio explicatum , idcirco Regi minus satisfecit , quod esset insuetus spectandis figuris suo apposito lumine umbrâque frequentatis , nam utrumque sculptura Sicensis simplicibus lineis peius supplet quam rudiariæ apud nos graphides , in quibus saltem ex eo quod ponitur intelligitur quod deest : eademque Sinæ laborant inopia in vestum sanguibus , & nudorum corporum figurazione . Suis ergo Rex iisdem pictoribus iussit in tabula illos Iesu adoratores coloribus reddere , adsequè pingentibus Ricciū , quoad opus integrè absoluissent . Hinc domum conductam palatio proximam vix intrarat , cum Regis nomine fidicines quatuor in eam subeunt rogântque tradi sibi artem tudi culatis organi pulsandi : nam de obsoleta vt diximus veteri musica superunt illie fidicines corumque in Regia Collegium nobile , Mathematicis censu , & dignitate præstantius . Commodum cecidit Pantoia , ex Cataneo Nanchini , cantus aliquot didicisse : illum quater Eunuchi summissis genibus professi discipulos venerati sunt pro Magistro ; quartus organo pariter flexere genua , ne se sibi ignotis præberet difficile ; itabat quotidie in palatium Pantoia , exercebatque illos patientissime , sed mense plus uno iuniores ægriè cantum vnum utcumque potuerunt pressis palmulis modulari , multo ægrius senex annorum iam septuaginta ; huic tamen cantui aptari carmen enixè ab Riccio flagitabant , qui occasionem ratus minime negligendam odas octo , modis illis aptas composuit , ea nobilis styli & sententiarum grauitate vt sua quoque singulis venustas , & lepos non deesset , atque vt natura videbantur cum ea manuum modulatione , nostro hinc descripsit inde Sicensi charactere , præfixaque indicem , *Cantiones organi Europæ , Sicensi idiome donatae* . Iis brevi Pechini , editis , brevi aliae vrbes simplex sunt , magna cum laude Occidentalium , qui præceptiones motum , & soliditatem Philosophiæ cum cantu copulassent , vt suavius in sensus intimos cum aurum voluptate descenderent . Sed vero propius sagaciores quique iudicarunt , voluisse Ricciū ab Rego , nunc Eunuchorum , & seminarum vocibus enerui , effata fortia delectabiliter audiri , quibus eum decebat ex virtutum imperio viuere & regnare .

Hæc de oblatis Regi munieribus scitu digna ; sed plane dignius in eorum fructu diuinæ prouidentiæ arcanum , quæ scelèstissimi Mathani ad elationem sui & exterminandum Ricciū irrisam perfidiam ; in abiectionem Mathani , & firmandum in aula Ricciū conuertit : quam suorum laborum summam , & præstantissimæ nationis ad Christum adducendæ postremum cardinem suis literis iucundè agnoscit , &

D d

74.  
Nostrorum  
effigies Regi  
petenti offe-  
runtur, qui le  
nemini vi-  
dendum  
præbet.

75.  
Cantiones  
morales à  
nostr. Regi.  
con.

crebro recolit. Sinarum Reges vtecumque per se sint, facit Regni causa, in reponendis muneribus liberales; legationes veras, fictas, longinquas aut proximas à variis Regibus, nihil tale vt plurimum meditatis, sed neque consciis idcirco prodigè munerantur, vt sibi obstrictos, & fidos habeant, nec in eos ad arma cogantur, aut eorum vexentur excursionibus.

<sup>56.</sup>  
Legat. ficta  
ad Reg. Si-  
nar. & ri-  
cula dona.

Mille interdum aut plures conueniunt ex colluuij hominum perditorum; vili singulorum contributione donum Regi Sinarum conflant, à Perfa venire aliquando, à Mogore alias, & vndevis se fingunt; Legatorum splendore personati se listunt, qui sunt in iis habitores membris, & linguis expeditiores, & de illatis muneribus decplū quam astimentur ipsi, & munera reportant: incidit quandoque Riccius interesse cum appulsi Pechinum, strophæ huiusmodi Legati sycophanta, allata Regi proferrent munera, ferrum, inquit Riccius ex eum rubigine, & frusta veterum ensium inepte fabricata, quæ ipsi quoque inceptius ligni frusto, pro manubrio inserebant; commissas in thoraces fure sparteo lamellas tam debiles, vt teli cuiusvis functionem non ferrent. Quodque omnia vincebat pretio, equos mala fame strigosos, quæ prius aliquos eorum necauit quam possent ad Regiam duci. Ferunt quidem turmæ ex Cabul, terrisque longinquieribus federatae, lucis variae margaritas sed venales; iaspides maximè quibus suas illas latiores zonis, vmbilicatas gestant, ad decorum simul, & propriam tesseram Magistratus, præstentissima quæque Regi emenda deferuntur. Cotani annis è fundo eruta, sed iis longè impares, quæ longitudine vlnarum durum cæduntur ex monte Can, viginti ab hinc dierum itinere: Riccius munera præterquam quodd casta, ambitusque omnis experitæ, peregrinate operis, & elegantia sic Regi placuerant, vt immenso quodam pensanda præmio crederentur: & verò illum à Rege adierat ex primoribus Eunuchis, & humanissimè rogarat; quid honorum, aut opum, aut officij publici, tam pretiosis & liberalibus prensasset donis? cui Riccius, profiteri nos vitam Dei viuus obsequio contentam, vt regique omnibus quæ mundus deperit religionis studio nuntium remisisse; sermones aulae Regique de nobis mirabiles præbuit, quam illic inaudita tam insperata reponsio præsertim tortes iterata, quoties idem à Riccio quæsisset, qui summittabantur identidem à Rege ad eum intropiscendum, paucis tantum cōfisiis qui se tūm crebriūs, tūm familiariūs adibant aperuit habitum se gratiæ summa loco, nedum cumularissimi præmij, si quod sibi vitæ residuum erat, licetet Pechini exigere, seque id ab Rege, illorum beneficio sperare, qua in re profecto haudquaquam falsus est, Eunuchi certè Regij penetralis, negotium Riccius plurimum iuuerunt alioqui enim Mathano fixum erat exturbare Pechino Riccius ne quid apud Regem de acceptis ab se iniuriis quereretur; inde ille postea extra regni fines eiicere, verum suis Lincini ab emissarii thesauro spoliatum quo illum à Rege remuneratum iri statuerat, eam obrem duo quibus ab eo creditum diximus, modis omnibus in aula vrg-

bax